

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9475

Auteur(s) : Richard Ier Cœur de Lion, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1189, 21 octobre

Lieu d'émission : Winchester

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Richard Cœur de Lion prend l'abbaye de Savigny sous sa protection.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n. a. lat. n. a. lat. 1022, n° 591, p. 509 (mention) et p. 721-722 (copie). Copie du XIXe siècle

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, diversis episcopatus, n° LXI)

Texte d'après D

Ricardus Dei gratia rex Anglorum et dux Normannie et Aquitanie comes Andegavium, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, decanis, archidiaconis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, baillivis, ministris et omnibus fidelibus suis Francie et Anglie salutem. Sciatis nos suscepisse in manu et custodia et protectione nostra abbatiam de Savigneio et monachis ibidem Deo servientes et fratres et homines eorum et omnes res et possessiones eorum sicut nostras proprias dominicas. Quare volumus et firmiter precipimus quod custodiatis protegatis et manuteneatis predictam abbatiam et monachos et fratres et homines et res et possessiones eorum sicut nostras proprias dominicas. Precipimus etiam quod prefati monachi et fratres et homines eorum et equi et omnes res eorum sint quiete de theloneo et passagio et pontagio et stallagio et pedagio et de omne alia consuetudine et seculari exactione et de omnibus rebus quas emerint vel vendiderint vel deportare fecerint in nundinis vel mercatis quocumque venerint tam per terram quam per aquam in omni loco potestatis nostre. Prohibemus etiam ne aliquis eis vel fratribus vel hominibus vel rebus vel possessionibus eorum aliquam injuriam vel contumeliam aut gravamen faciat vel ab aliquo fieri permittatur et si quis eis super hoc forisfacere presumpserit id eis sine dilatione emendari faciatis et precipimus ne ponantur in placitum de aliquo tenemento suo nisi coram nobis sicut carta patris nostri regis Henrici testatur. Testibus, H. episcopo Dunelniensi. Datum per manum Willelmi de Longo Campo, Eliensis electi cancellarii nostri apud Winton XXI die octobris regni nostri anno I.